LEGES NOVELLAE

AD THEODOSIANVM

PERTINENTES

EDIDIT

ADIVTORE TH. MOMMSENO

PAVLVS M. MEYER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

CONSPECTVS OPERIS

		pag.
Conspectus subsidiorum et explicatio signorum		VI
PROLEGOMENA IN LEGES NOVELLAS AD THEODOSIANVM PERTINENTES		
Cap. I.	De singulis legum novellarum syllogis	XI
Cap. II.	Codices corporis Maioriani (primae syllogae)	XXV
Cap. III.	Codices Breviarii (alterius syllogae)	XXXI
Cap. IV.	Codices tertiae syllogae	XLIII
Cap. V.	Excerpta. Breviarii epitomae. Varia	LV
	I. Ex syllogis Orientalibus excerpta	
	II. Ex syllogis Occidentalibus excerpta	
	III. Breviarii Alariciani epitomae	LXI
	IV. Breviarii minora	LXIII
	V. Libri latentes vel deperditi	
Cap. VI.	Legum novellarum editiones et apparatus	LXV
Cap. VII.	Crisis legum novellarum	LXXVII
	A. Leges novellae Theodosii II. Valentiniani III. Maioriani (1—6)	
	B. Leges novellae Marciani et reliqua per Alaricianos solos servata	LXXXIX
	C. Leges novellae Anthemii	XC
Cap. VIII.	Constitutionum acceptores et tempora locique	XCI
	I. Constitutionum acceptores	
	II. Constitutionum tempora et loci	XCVI
I.	CORPVS LEGVM NOVELLARVM *THEODOSII II. VALENTINIANI III. MAIORIANI* IN OCCIDENTE A MAIORIANO CONDITVM	1
II.	LEGVM NOVELLARVM *MARCIANI* IN ORIENTE PROMVLGATARVM QVAE IN BREVIARIVM ALARICIANVM RECEPTAE SVNT	179
III.	AVCTARIVM LEGES NOVELLAS EXTRAVAGANTES CONTINENS *SEVERI ET ANTHEMII*	197
Index titulorum		209
Corrigenda et Addenda ad vol. I et II		213

III.

AVCTARIVM

LEGES NOVELLAS EXTRAVAGANTES CONTINENS

SEVERI ET ANTHEMII.

LIBER LEGVM NOVELLARVM DIVI SEVERI A.

NOVELLA SEVERI I.

pro rubrica habet lex seueri *O (praemissis his:* 'maioriano occiso suscepit regnum rauennae seuerus cuius unam ponemus legem qua quaedam ex maioriani legibus abrogauit'*), reliqui numero* i *praeposito (om. C) ea proferunt quae infra ad principium legis (v. 1/2) afferuntur.*

Nov. I [= BREV. unica] (463 Febr. 20).

IMPP. LEO ET SEVERVS AA. BASILIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. ABROGATIS CAPITIBVS INIVSTIS LEGIS DIVI MAIORIANI A. AD LOCVM. Illud tantum ex eadem lege retinentes, quod veterum legum commendat auctoritas, scilicet ut post viri obitum sponsalia in usumfructum tantum mater habeat et a filiis alienare non possit, sive in alias nuptias venerit sive non venerit, et ut omnibus ex eodem matrimonio filiis ex aequo communia in unum aut alterum matri conferre non liceat. Nam quid est aliud a filiis alie-

---

1 basilio] prouinciali *Paris. 4414. 4415* ppo] pfo *GC*, preposito *O*, ppsto *S*, pu *Φ*, pf. urb. *Paris. 4409 cum Pith. (ad Sichard.); fortasse scrib.* ii ppo, *si v. 16 respicimus* et patricio *om. Leid.* 1/2 abrogatis capitibus iniustis legis diui maioriani a. ad locum] *haec verba ad hanc formam* de *(om. O)* abrogatis (ar(r)ogatis *Fuld.*, abrogatibus *Leid.*) capitibus (captiuis *H*, captibus *Leid.*) *(hic finiunt ΦΩ [lat.] Paris. 4409)* iniustis (-ae *O, om. ΨΘ) (hic finit GS[lat.^{a}] L[lat.])* legis (-es *N*, -i *M*, *om. ΨΘ*) diui *(om. O)* maioriani (m̄ *Ψ*) a. *(om. OE Fuld. Paris. 4411 cum Cui. ed. 1)* ad locum (lucum *Paris. 4408*, legem *Epit. Mon.*, ad locum *om. O Paris. 4413. 4414. 4415*) *libri praeter O rubricae loco [addunt* id est de sanctimonialibus uiduis (et *ins. Paris. 4413*) de hereditatis (-tem *Paris. 4413*) tertia (-am *Paris. 4413*) uel de ceteris negotiis *E Paris. 4413 cum Cui. ed. 1*, et de donationibus sponsaliciis filiis a matre fideiussores non esse dandos *KL], post 1* patricio *eadem O (ubi differt, supra adlatum est) et ex coniectura Pith. (ad Cuiac. F^{2}). Vere haec verba non pro rubrica habenda esse vel inde apparet, quod agitur non* de abrogandis capitibus, *sed* de abrogatis *et iudicium fertur de novella Maioriani 6 iam sublata. Repraesentant igitur truncatae novellae principium, quod librariorum ignorantia rubricae locum obtinuit* 2 tantum] autem G^{t} eandem *N* legem *X* 2/3 retinentes] retinemus *OH(?), om. X; cf. v. 22* 3 quod] ut K^{a} ueterum legum (-gem K^{a}, *om. G*)] *cf. Theod. 3, 8, 2 pr., nov. Theod. 14 §§ 1. 5* commendat] confirmat K^{b} *ex v. 22/23* ut] et ut *K* 3/4 sponsalia *(sic HNEK Paris. 4411,* sponsalia quae *O*, sponsalicia *reliqui)* in usumfructum (usufructum *H*, usufructu *NE Paris. 4411*) t. mater habeat (h. m. *K*, m. habebat *O*)] *cf. nov. Maiorian. 6, 75 sq.:* 'salua fore corpora omnia sponsaliciae largitatis' 4 et a filiis ..... 5 matrimonio *om. L* et a filiis *($P^{2}S$ cum Pith. [ad Sichard.] et Cui. ed. 1,* ut filiis *N*, filiis *GK*, a filiis *reliqui)* alien. non possit] *cf. nov. Maiorian. 6, 86* in alias] *sic HNESK^{a} Paris. 4411 cum Pith. (ad Sichard.)*, ad alias K^{b} *ex v. 24*, in alienas *reliqui* 5 siue (sibi K^{a}) non uenerit] siue certe non uenerit K^{b} *ex v. 24/25*, siue non *O* et ut omnibus .... 6 non liceat] *cf. nov. Maiorian. 6, 79 sqq.* et ut] ut *HG* omnibus] in omnibus *GPMS* ex *om. G* matrimonium *G* ex aequo] ex ea quo *E*, ex ac quo *Paris. 4411*, ex quo *G*, *om. O* 5/6 communiat *G*, communiter *O* 6 in unum aut *(ins.* in *Paris. 4411)* alterum] in un. aut iterum *$P^{1}MS$*, in unum aut *G*, non in unum *Pith. (ad Sichard.), om. O* conferri *K*, offerre *GS*, dare *O* non liceat] *sic NEK Paris. 4411,* liceat *reliqui* a filiis] filiis *Paris. 4411*, filios *O* 6/7 alienare] alienarum *K*, aliena res *Paris. 4411*

nare, si hoc non est, cum proles numerosa contigerit, praetermissis ceteris uni vel alii prava velle intentione largiri? Sint sane matres, si ita libuerit, pro inpensis obsequiis in filiorum electione liberales, usumfructum suum cui voluerint largiantur: proprietatis commoda cunctis pariter filiis deputata non minuant.
1 In illa tamen parte matribus salva filiorum utilitate consulemus, ne eas necessitas dandae fideiussionis adstringat, quia et factu difficile est et super hoc filiis abunde vel prioribus constitutis vel praesenti lege prospicitur, quibus et alienatorum vindicatio conpetit et ex maternis bonis perditarum redintegratio facultatum, Basili p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime).
2 Quare inlustris et praecelsa magnificentia tua huius constitutionis oraculum edictorum faciet sollemnitate proponi, ut legis asperitas, quae ad amplitudinem tuam primae praefecturae administratione data est, per te correcta atque emendata vulgetur. DAT. X KAL. MART. ROM(AE) BASILIO V̄C̄. CONS.

INTERPRETATIO. Haec lex imperatorum Leonis et Severi ea, quae Maioriani lex de diversis rebus, quas ipsa testatur, observanda esse praeceperat, specialiter vacuavit et id tantum, quod rationabile et pristinis legibus congruum fuit, credidit reservandum. Quod ipse sua constitutione confirmat dicens 'illud tantum ex eadem lege retinentes, quod veterum legum confirmat auctoritas': itaque ut post viri obitum relicta uxor usumfructum tantum sponsaliciae donationis habeat et nihil exinde alienare praesumat, sive ad alias nuptias venerit sive certe non venerit, nec aliis nisi tantum omnibus filiis suis ex eodem patre genitis, cuius donatio est, haec ipsa sponsalicia largitas aequaliter dimittatur nec liceat matri cui voluerit de filiis aliquid exinde amplius pro sua voluntate donare. Sane de usufructu suo quod ei lege concessum est

---

7 si *om. Paris. 4411* prolis *GEK* numerosa conti(-e *PM*)gerit] numerus a coniectorum *K* 7/8 uel alii praua] u. a. parua *X*, omnia *O* 8 intentione *om. O* largire *E* sunt *G PM*, sin *S* matris *N* pro inpensis obsequiis (-quis *S*)] *cf. nov. Maiorian. 6, 78:* 'pro merito' 9 liberalis *N*, liberale *E*, liberari *G* usum(usu- *N*)fructum] et u. *O* suum] sui *O* cui] cum *C* noluerint *X* largiuntur *GPM* proprie(propie- *K*)tatis] set p. *O* 10 commodum *Paris. 4411* pariter] pater *X CPM* minunant *K* illam t. partem *Paris. 4411* matribus *om. K* 11 salua *om. G* consulemus] consulimus *PMS*, lex consulit *O* ne (nec *Paris. 4411*) eas necessitas(-tate *O*) dandae *(om. Paris. 4411)* fid. adstringat] *cf. librorum KL rubricam (vide ad v. 1/2); adversantur haec novellae Maioriani 6, 74 sq.* quia ... 12 filiis *om. K* 12 facto *ON Paris. 4411*, factum *G*, facta *E* abunde] abundat *E*, habundandae *G* 13 prospicetur *N*, prospicimur *E* quibus .... 14 facultatum] *cf. nov. Maiorian. 6, 83—87* alienatorum] alienatarum facultatum *O* uindicati *GPM*, uindicta *O* conpetit] consistit *O* et ex] ex *GK*, et *Paris. 4411*, et extra *O* materna bona *O* 13/14 redintegratio perditarum *O*, p. re integratio *K*, perditurum redentigracio *G* 14 basili ..... quare *om. Paris. 4411* basili] bali *S* pkaa] *sic OXCK*, pklaa *G*, pk *N*, pka atq; *E*, parens carissime aa *PM*, parens karissimae augustae *S* quare .... 15 huius *om. XC* quare *om. ES cum Pith. (ad Sichard.)* 15 praecelsa magnificentia tua] *sic ES cum Pith. (ad Sichard.)*, prompta magnificentia tua *O*, pcla mfat *K*, pm tam *N*, pmta *PM*, pmt *G*, pma *Paris. 4411* oraculum *om. K* faciat *OSK* 15/16 sollemnitatem *NK* 16 quae *bis G* implitudinem *G* primae fecturae *K; scil. a. 458: vide ad v. 1 et nov. Maiorian. 6, 1* 17 data] dilata *G* per te] praeter *E* collecta *E* emendatata *N*, inmendata *Paris. 4411*, mundata *G* 17/18 dat. x (u *Paris. 4409 cum Pith. [ad Sichard.]*, *om. GEK*) kal. mart. (mai *Paris. 4408. 4411 Epit. Mon. cum Pith. [ad Sichard.]*) rom. (raū *G*, *om. Epit. Mon.*) basilio ūc. *(vel similiter)* cons. *(om. NEK) libri* 19 leoni *PMSΨ'Θ* ea quae] atque *G* de *om. G* 20 quas] quod *G* ipse *Ω* testatus *G*, *om. Ψ'Θ* obseruanda] *sic CP^3 Epit. Mon.*, obseruandum *reliqui* praeceperat] praeparat *E* specialiter] stabiliter *S Paris. 9653* uacuat *Epit. Mon.* tantum] tamen *GP^1 MS* 21 rationabili *Ψ'Θ* et pristinis] pristinis *G* quod] quo *E* ipsae suae *N* 21/22 constitutionem K^a 22 firmat K^tL illud .... 23 itaque *om.* K^v tamen *Paris. 4409* 23 auctoritas] dicens *Paris.* 4409^a itaque] quae *Fuld.* uiri] uero *Fuld.* obitum *om. Fuld.* relicta uxor] reliquas uxores *Fuld.* usufructum *N*, usufructu *Fuld.* tantum *om. Fuld.* sponsaliciae *om. Fuld.* 24 donationes *S Fuld.* et nihil] ut nihil *NS* praesummat *N*, praesumpmat *S* ad alias] alias ad *XC*, alias *Fuld.* siue certe] *EK Paris. 4409*, siue *Fuld. Epit. Mon.*, seu certe *reliqui* 25 nec] *sic NEKΨ'ΘΩ Paris. 4409. 9653*, neque *reliqui* aliis] in aliis *G* nisi tantum] tantummodo nisi K^v *Paris. 4409* suis filiis *G* ex *om.* K^tL genitus K^t, nitis P^b cuius donatio .... 26 liceat matri *om. Ψ'Θ* 26 sponsaliciae *GXCPM* dimittetur *XCPMS* aliquid *om.* K^v 27 amplius *om. Ψ'Θ* suo *om. Ψ'*

donandi cui voluerit habeat liberam potestatem. Nam ea, quae omnibus tantum filiis aequaliter iussa est reservare, nec minuat nec inter filios pro suo arbitrio dividere ulla ratione praesumat. Hoc tamen matribus hac lege praestatur, ut salva filiorum utilitate fideiussores pro retinenda hac ipsa sponsalicia donatione dare non debeant, quia talis petitio gravis est et sufficit filiis, quod vel hac lege vel prioribus statutis constat esse prospectum, ut, etiamsi matres eorum secundo nubserint, eorum maritorum facultates loco pignoris obligentur et, si quid ipsae matres exinde praesumpserint, de facultatibus earum inlata sibi filii damna resarciant.

BREV. *(O[om. int.] H[finit* 6 alterum*] NGEXCPMSK [interpretatio usque ad* 30 utilitate *ex alio codice deprompta ab eadem manu in margine repetitur* (K^{v})*], item selectis tamen lectionibus LΦ [om. text. subscr.] et ex decurtatis Paris. 4411; decurtati reliqui omisso textu omnes fere inscr. subscr. interpr. exhibent, Fuldensis interpretationis frusta habet* [23 itaque .... 25 non venerit, 26 nec liceat .... 29 praesumat]*). — COD. EVRIC. frgm. 322 (ed. Zeumer p. 22) [= l. Visigoth. 4, 2, 14]:* 'Mater, si in viduitate permansit, ... usufructuariam habeat portionem; quam usque ad tempus vitae suae usufructuario iure possideat, ceterum nec donare nec vendere nec uni ex filiis conferre praesumat *(pertinent ad vv. 2—8. 9/10, sed ita ut non concedatur usufructuaria portio nisi in viduitate permanentibus)* ..... nam usumfructum, quem ipsa fuerat perceptura, dare cui voluerit, filio vel filiae, non vetetur *(pertinent ad vv. 8—10)*'.

Ad integrum in Breviarium receptam non esse hanc constitutionem et formula ad locum *(v. 2) declarat (vide etiam nov. Maiorian. 11, 2) et verba quae sequuntur* 'illud tantum ex eadem lege retinentes', *denique interpretatio (v. 19—23); ceterum conferas quae attulimus ad v. 1/2.*

Spectat novella nostra ad nov. Maioriani 6, id quod P. Pithoeus filius in Sichardianae exemplari F^{4} *(nobis Pith. [ad Sichard.]) ad v. 16 his verbis adnotat:* 'intellegit (Severus) legem Maioriani de Sanctimonialibus et viduis et success' earum quae est in vet. lib. Eccles. beluacensis *(nobis Ω)* et plura habet capita ex quibus unum hoc hac lege probatur'.

28 uoluerit] uoluerint *Fuld.*, libuerit de filiis aliquid *G* habeat liberam] *sic* $NK^{t}L$, habebit liberam EK^{v}*Ψ'ΘΩ Paris. 4409*, habiant *Fuld.*, liberam habeat *reliqui* nam *(om. N)* ea(ae *N*, *om. S*) quae *om. Fuld.* omnibus] omnia *Fuld.* tantum *om. Fuld.* 29 seruare *Sichard.* nec minuet K^{a}, nec miniet *Fuld.*, nec minui *G*, *om.* K^{v} filiis *Fuld.* diuere K^{t} ulla ratio *E*, ratione ulla *Ω* praesumant *Ψ'Θ* 30 hoc] hac K^{b} praestantur *Θ*, praestant *Ψ'* pro *om. Ψ'Θ* tenenda *Epit. Mon.* 31 debeat K^{a}*Ψ'Θ*, cogantur *Epit. Mon.* talis petitio (pactio *Ω*)] tale spatio *Ψ'Θ* graues *Ψ'Θ* est *om.* K^{a}*Ψ'Θ* et] sed *E* sufficiet *Ψ'Θ*, sufficiat *Ω* filiis *om. Ψ'Θ* 32 hanc *N* prioribus] pro rebus G^{t} statutis *om. S* prospectum] praefectum K^{a} etiamsi] iam $Ω^{1}$, etiam $GΩ^{2}$ matres eorum] mater si *G*, matres *SΨ'Θ* 33 secundum *G* nubserit *G* facultatis *NΨ'ΘΩ* pignoris] *NK Paris. 4409*, pigneris *reliqui* obligetur *G* si quid] sicut *N* matris *E* 34 praesumpserit *G; fortasse scrib. cum v. 24* alienare praesumpserint de] ut de *E* eorum NK^{a}*Ψ'Θ* inlati *E* fili *E*, *om. K* damna *om. N* resarceant *NE Paris. 4409*, resarciantur *Ψ'Θ*

NOVELLA SEVERI II.

rubricam om. libri, de corporatis. tit. ii *add. Cui. ed. 1.*

Nov. II (465 Sept. 25).

IMPP. LEO ET SEVERVS AA. BASILIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Cum per virum inlustrem Ausonium cunctorum ad nos provincialium querella pervenit, eo quod .... laeti et .... aliaque corpora publicis obsequiis deputata quorundam se colonis vel

---

1 imp. *Vat. 1050* ppo] pp. *Cui. ed. 1*, prefp pret *Burg. (Γ)*, pu preturii *Burg. (Ξ Berol. 270)*, pf. urb. **Δ*, fpu *Vat. 1050; vide ad nov. Severi 1, 1* patricio] patritio cons. *Vat. 1050* cum] qm *Vat. 1050* 2 inlustrum *Vat. 1050* nos] *Vat. 1050 cum Cui. ed. 1 et Pith. (ad Sichard.)*, hos **Δ* 3 .... laeti et .... aliaque] leti et aliaque *Vat. 1050*, *aliaque **Δ* *cum Cui. ed. 1. Et ante et post verba* laeti et *a Vaticano servata excidisse quaedam lege B. Burg. docemur, ubi sic fere traditur* 'ut si ex marcianitano lito andorinico uel quocumque alio corpore publico ...'. *Unde si melius tradita essent corpora praeter* 'laetos' *nominata, quae Germanicae originis esse negamus, facile lacuna suppleri posset. Sed ex verbis corruptis certiora conici nequeunt: aut natio laetorum*

famulis ignorantibus dominis sociassent, et nunc sub specie publicae corporationis procreatos liberos conantur iugo servitutis absolvere, idcirco agnoscat sublimis magnificentia tua divali nos in aeternum lege sanxisse, si qui vel si qua ex corporibus publicis ubi et ubi vel ex corporatis urbis Romae servis vel colonis se crediderint copulandos, agnationem eorum ad eos dominos pertinere, quorum inquilinus vel colonus fuisse constiterit: exceptis his, qui ante eam legem non taliter latam sese iunxisse noscuntur. DATA VII KAL. OCT. HERMENERICO ET BASILISCO CONSS.

---

*Novellam plenam habemus in Sichardianae exemplari F⁴ fol. 167ᵇ ex Pithoeano deperdito (cf. fol. 120ᵇ) a Pithoeo patre adscriptam (*Δ); cuius textum hic illic emendatum edidit Cuiacius (Cui. ed. 1), post eum recensuit P. Pithoeus filius (Pith. [ad Sichard.]). Praeterea extat in Vat. reg. 1050 fol. 118 (finit* 8 constiterit), *frustum in Fuldensi fol. 128ᵇ* (6 si qui .... 8 constiterit): *ceterum conferas quae in Prolegomenorum capitibus primo et quarto disseruimus.*

Adhibet nostram L. R. BVRG. 46: 'De condicione uero uel cognatione corporum publicorum id obseruandum secundum constitutionem nouellam Leonis et Seueri, ut si ex marcianitano *(Γ*, mancialitano *Pith. [ad Sichard.]*, marcialitano *Ξ Berol. 270 cum Cui. ed. 1)* lito *(sic Ξ Berol. 270*, et *Γ)* andorinico *(sic Berol. 270 cum Cui. ed. 1*, andoriniquo *Ξ*, anderoneco *Γ)* uel quocumque alio corpore publico et colono aut seruo possessoris, colona etiam et ancilla filii nati inueniuntur aut fuerint procreati, ei adquirantur, cuius colonum aut colonam, seruum aut ancillam esse constiterit. Nec in ulla seruili aut colonaria condicione corpus publicum genus faciat, quod corporatus a fisco postea requiratur; sed omnis cognatio *(sic libri)* possessoris commodis adquiratur, quod ea lege euidenter exprimitur, quae ad Basilium prefectum preturii (prefp pret *Γ*, pū preturii *Ξ Berol. 270)* data est' *(vide ad vv. 1. 3/4).*

significatur (ut Theod. 7, 20, 12: 'laetus Alamannus'; *cf. Not. Dign. Occ. indicem in Seeckii editione) aut regio, ubi laetis agri (terrae laeticae) adsignantur (cf. Not. Dign. Occ.; sed omnino reicienda Barkowii, quem Bluhme et de Salis sequuntur, coniectura:* marcianopolitano*) aut laetorum, aliorum eiusdem generis condicio, id quod verisimillimum nobis esse videtur; e. g. proponamus:* 'mansionario lito aut originario' deputata] d. hoe (= homine?) *Vat. 1050* 3/4 colonis (-nus *Vat. 1050*) uel famulis (-us *Vat. 1050*)] *cf. v. 7* seruis uel colonis, *v. 8* inquilinus uel colonus, *nov. Maiorian. 7 §§ 4. 5, nov. Valent. 35 (34), 25 sq., alios locos. In lege R. Burg. habemus:* 'et colono aut seruo possessoris, colona etiam et ancilla' 4 sociassent] insinuassent *Pith. (ad Sichard.)* publicae] **Δ cum Cui. ed. 1, om. Vat. 1050* 4/5 procreatos] *Cui. ed. 1 cum Pith. (ad Sichard.)*, procreatus **Δ*, procreato *Vat. 1050* 5 liberus *Vat. 1050* iugum *Vat. 1050* 6 tua diuali] uram qđ detali *Vat. 1050* legem *Vat. 1050* si qui ..... 7 urbis romae] *cf. nov. Valent. 35 (34) § 3* si qui] **Δ cum Cui. ed. 1*, si quis *Fuld.*, id est si qui *Vat. 1050* uel si qua .... 7 romae *om. Fuld.* si qua] *Vat. 1050*, qua **Δ cum Cui. ed. 1, def. Fuld.* corporibus] corpore *Vat. 1050* 6/7 ubi et ubi] *Vat. 1050, om. *Δ cum Cui. ed. 1, def. Fuld.* 7 seruis] serui *Fuld.*, si seruis *Vat. 1050* credederent *Fuld.*, crediderunt *Vat. 1050* copolandus *Fuld.* 7/8 agnationem .... 8 constiterit] *cf. Theod. 12, 19, 1; nov. Maiorian. 7 § 3* agnitio *Vat. 1050*, cognatio *Burg.* 8 eorum ad e. d. pertinere] errarum addš dominis pertenirent *Fuld.* coloni *Fuld.* consteterit *Fuld.*, cognoscitur *Vat. 1050* 9 ante eam l. non t. latam] *fortasse scrib.* ante eam legem latam taliter *vel* antea lege non taliter lata 10 hermenericho *Cui. ed. 1* *locus legis datae deest* conss.] *Cui. ed. 1*, cons. **Δ*